



# INSCRIPTIONUM ANTIQUARUM RE- PERTARUM

*CLASSIS PRIMA.*

## DIIS DEDICATORUM ET SACRIFICIORUM.

L. *Athenis ara posita quondam fuit, sic inscripta.*

ΘΕΟΙC ACIAC KAI EYPΩΝΗC  
KAI LIBYHC  
ΘΕΩ, ΑΓΝΩΣΤΩ,  
KAI  
ΞΕΝΩ.

SELDENUS Prolegom. Syntagmatis de Diis Syris c. 3.

JAC. PHIL. TOMASINUS de donariis c. 3.

**B**EAT. HIERONYMUM comm. in epist. ad Titum c. 1. secuti Scholiaſtæ qvidam (nominantur Philippides & Oecumenius) qvam ille latinam, hi græcam dederunt. Recepta fuit ab omnibus & communi consensu habita pro ea ipsa, qvam D. Paulus sibi viſam Athenis refert apud Scriptorem πρεξαποσόλη XVII. v. 23. Sed durum est credere Apostolum non solùm mutilasse continentiam Inscriptionis, sed & in eadem mutasse numerum, pro plurali DIIS IGNOTIS, qvod habet Hieronymus, inferendo singularem Αγνώστω Θεῷ: de qvo falsi crimine tam calumniam Adversariorum, qvam & Judicium animadversionem non erat effugiturus. Scopo qvoqve Apostoli, qvi unum verum DEUM κατειδώλοις & superstitiosis Athenienibus prædicare, ejusqve cultum promulgare instituerat, adverſabatur maximè intimatio DEORUM Alię, Europę & Africę, qvos ille animis eorum exemtos potius qvam inditos volebat: ut de libertate circa allegationes scriptoribus sacris profanisqve usitatā, qvā non semper verba adnumerant, ſenſumqve tantū exhibent, interdum etiam pro arbitrio de suo addunt, demunt, mutant, hic excipere non liceat. Fecerit hoc Tertullianus, qvi in *Apologet.* invenire ſe dicit *Diis ignotis aras prostitutas in Attica, & Philoſtratus, qvi Apollon. L. 2. Αθήνησι καὶ ἀγνώστων Θεῶν θυμοὶ ἴδευνται.*

A

TOE,